

h Num. 15. 38.  
Deut. 22. 12.  
i Num. 27. 5. 6.  
& 26. 3. &c.

k Num. 27. 8.  
&c.

l Deut. 25. 5.  
&c.

m Num. 6. 14.

n Deut. 22. 14.  
15.

o Deut. 22. 15.  
16.

a Num. 33. 13.  
& 34. 13.

b Deut. 22. 8.

c Levit. 27. 2.  
&c.

extrematibus simbriæ, quod eorum aspectu Legis memoria refricaretur [b]. Deficientibus tantummodo masculis, femina in jus hæreditatis vocantur (i): quibus autem feminis hæreditas obvenerit, virum ex aliena Tribu ducere prohibentur, ne Tribuum possessiones turbentur (k). Defuncto sine liberis fratri fratres succedunt, eorumque defectu patri; sin minus, sanguine propinquiores.

Decedente sine liberis fratre, frater superstes relictam ex illo viduam ducet, ut extincti memoriam in prole conservaret (l): qui si conjugium renuisset, ad portas urbis à femina adductus, calceo exuebatur, atque in ore expuebatur, his verbis adjunctis: *Sic fiet homini, qui non adificat domum fratris sui.* Sinistrâ de fide conjugis opinione à viro conceptâ, aquæ ad eam rem destinatae iudicio illam subdebatur (m); Deo Hebræorum protervix aliquid indulgente, quod majora mala vitarentur. Eadem etiam indulgentiâ permissum est, ut conjux uxorem absque iudicis virginittatis deprehensam (n) iudicio sitat: si tamen accusatio falsa probaretur, virgas, si ve fustes accusator subibat, pretio insuper 100. siclorum persoluto. Viro duplici conjugio copulato, jus primogenituræ filio natu majori acquisitum, in alterum ex prædilectâ conjugè natum transferre, si ve invisa conjugis natum eodem primogeniti jure privare interdictum (o).

Totâ Chanaanitidis regio pro numero Tribuum, singulorumque contribulium, æquis portionibus dividenda erat (a). Aedum culmina muri loricâ ambienda, quod in tectis ad modum solaris complanatis, inambulans periculum vitaretur (b).

Vota non unius erant generis apud Hebræos: si ve enim se, vel alios devovebant [c]. Quo voto adstricti, pecuniâ redimebantur, variâ illâ quidem, pro sexus ætatisque discrimine. Viris enim ab anno ætatis 20. usque ad 60. multa 50. siclorum, feminis 30. indicta, à quinto usque ad 20. viri 20. siclos; feminæ 10. pendebant. Pauperiores pro facultatum modulo, ad Sacerdotis arbitrium. Animal sacrificio aptum, voto consecratum, immolandum omnino, neque à volente redimi poterat: impurum vero si offerens redimere velit, pecuniam quæ Sacerdoti videbitur, & quintam insuper partem adjiciat. Aedes prius æstimandæ, deinde Sacerdotis lucro vendendæ; quas si Dominus sibi habere velit, supra pecuniam æstimatam, quintam adjiciet. Ager voto consecratus, à Sacerdote de more æstimandus, supputatis redditibus, & spatio temporis usque ad Jubilæum; liberum deinde est offerenti illud sibi emere, si pretio quintam addiderit: si vero alieno vendatur, neque in Jubilæo ad veterem possessorem regreditur; cum enim sanctus sit ager, &

Sacerdotibus acquisitus, Sacerdoti in Jubilæo restituendus. Primogenita ad Dominum spectant, quorum proinde per votum consecratio supervacanea esset.

Ea, quæ anathemati devovebantur, nullâ concessâ redimendi potestate, animalia quidem neci tradenda fuerant, ades vero & possessiones Sacerdotibus acquirebantur (d). Decimæ ex frugibus & pecoribus, soluto pretio, & quinta insuper parte, redimi poterant. Vota statim & plenâ fide implenda sunt (e). Filia sub patris disciplina, si voto se obstrinxit, & pater sciens filium, voti rea est; renuente patre, voti religione nequaquam tenetur. Conjugio copulatae votum, viro intra diem dissentiente, solvitur; si alterâ die vir propositum suum significaverit, votum nihilo fecius firmum ratumque est. Repudiata, & vidua, voti, si quo se obstrinxerit, rea est.

Nazaræi genus sunt virorum Deo devotum, abstinentiam à vino mera eiusque liquoribus profitentes, quibus intonsa est coma, totoque Nazaræatus tempore ad funera non accedunt (f). Elapso voti tempore, ante fores Templi à Sacerdote sistebantur, statimque agnus in holocaustum, ovis pro peccato, aries in hostiam pacificam offerebatur. Victimis immolatis, Nazaræi coma abradebatur, igne altaris absumenda: dein traditum sibi à Sacerdote armum arietis, atque panis & lagana oblationem Nazaræus iterum Sacerdoti restituebat, coram Domino elevandas. His peractis, vini usus Nazaræo permittebatur. Si voti tempore forte coram eo vir aliquis occubuisse, iterum cæremoniæ Nazaræatus ab exordio repetendæ erant, atque insuper duo columbæ in expiationem offerendæ.

Cum tota antè Chanaanitis idololatriæ superstitione teneretur, quo tempore ab Hebræis occupata est, omnia scilicet religionis monumenta, quæ unquam occurrerent, subverti, lucos, aras, petras, columnas, Deorum simulacra Deus iussit (a). Sibi vero primum aram ex glebis ad radices Sinai excitari (b) voluit; deinde alteram ex ligno, excavatam, arcisque laminis superindutam, & in Tabernaculo collocandam, quæ cratem aneam ad medium cavi suspensam sustinendo igni continebat (c). Porro ad illam per gradus ascendere vetitum, ne forte inter ascendendum ea detegerentur in Sacerdotibus, quæ intuentium pudorem offenderent (d). Judæis Terræ promissionis limites ingressis, iussit Deus alias ex Tribubus montem Garizim ascendere, ibique Legem Dei fervantibus benedictiones precari, alias vero montem Hebal tenentes, dira imprecari in Legis prævaricatores (e). Ara deinde ingens erigenda calce oblita, in qua Lex Dei inscriberetur. Porro hoc præceptum à Josue impletum est (f).

d Lev. 27. 28.

e Num. 30. 34.

f Num. 6. 1.  
&c.

a Lev. 16. 1.  
Deut. 13. 2. 4.  
b Exod. 20. 24.  
25.

c Exod. 27. 8.

d Exod. 20. 26.

e Deut. 11. 29.  
& 27. 23.

f Josue 8. 30.  
31.

DISSERTATIO DE DIVORTIIS.

Quæcumque gentes connubia jure tantum politico spectantes perinde habuerunt ac meram & simplicem pacificationem, inter virum & mulierem initam, quæ corporum & bonorum communione mutuo confociarentur; illæ sanè omnes, quemadmodum mutuo consensu constare illa, ita divortium, quod connubii societatem abruptit, mutuo partium recedentium consensu, si ve prioris assensus revocatione ab utraque simul, vel ab una tantum ex paribus factâ, induci posse autamarunt. Ex hoc autem apud eas gentes illud consequbatur, ut divortium, tanquam naturali jure singulis permisum, licitum sibi quacumque demum ex causa ducerent; quo semel facto utrique parti nova inire connubia, novisque legibus alterum sibi conjugem adsciscere integrum erat. Eò tandem licentiæ venerunt, ut alteri ab altero recedere, illo etiam invitò & renuente fas esse dicerent, quod sanè citrà æquitatis dispendium nunquam fieri potuisse constat; nisi eâ tacitâ lege pacta connubialia sancirentur, ut si ve uni tantum ex contrahentibus, si ve utrique pro arbitrio recedere facultas esset.

Verùm si Religionis etiam partes in iis connubiis spectentur; quæ sanè Religio iuxta Dei consilium vinculo quodam indissolubili in unam divini humanique juris societatem conjuges jungit (a); tunc prohiis, quod matrimonium ritè contractum dissolvat, nihil est; atque Divortii libertatem, qualis apud Paganos obtinebat, tanquam sancitâ à Creatore legis violationem habendam esse constat.

Cum verò Legislatori tolerare divortium, ut imbecilliori populo indulgeret, visum sit, tum & Christus dimittendi conjugem, limitatam tamen & ad certas causas atque rationes, facultatem permisit; operæ pretium duximus in unam sermonis seriem ea omnia redigere, quæ de hoc argumento collegimus: veriti ne suis locis singula distribuentes, Lectorem haberemus nimis distractum, quominus totius rei seriem teneret.

Eo quidem temporis spatio, quod Mosai- cam Legem præcedit, rara suppetunt exempla divortii. Abraham famulam suam Agar conjugem inferioris ordinis, intolerabili mulieris fastu provocatus repudiavit, solâ sibi reservata Sarâ, sterili quidem sed morigerâ conjuge (b). Onkelos, & Jerosolymitanus Paraphraustes, quos Rabbino-

rum turba secuta est, totam murmuris Aaronis & Mariæ in Moysem [c] causam tribuunt repudio, ab eodem Moyse dicto filia Regis Æthiopiæ, (Tharvim appellat) de quo conjugio Josephus (d); alii rejectam ab eo Sephoram malunt. Nos tamen neutram credimus, neque in exemplum divortii venisse unquam Moysem in animum inducere possumus; quamvis enim Sephoram ad parentem Jethro remisisset (e), id tamen ad tempus factum est, atque veniens in castra Jethro uxorem ad virum non reduxit tantum (f), sed recedens apud illum reliquit. Fateamur tamen oportet ante Legem divortia tum apud alios cum apud Hebræos obtinuisse; cum Jesus Christus permisa fuisse à Moyse divortia affirmaverit, quòd Judæi obfirmato essent in illa animo (g), eorumque inhibitione mala peiora timeret.

Serius planè Legislator Legem de divortii tulit, non enim prius rogasse eam legimus, quam cum paulò ante obitum orationem in Deuteronomio relatum ad populum haberet (h). En illam. *Si acceperit homo uxorem, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam sceleratam, scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque libellum repudii... vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est, & abominabilis facta coram Domino.*

Quid sit autem illud: Propter aliquam sceleratam; Hebr. ad literam; Propter aliquam nuditatem; verbum nuditatis, seu verecundiæ, inter veteres, sicut etiam recentiores Interpretes ambigitur. Nuditatis nomine in S. Scriptura plerumque foedum aliquid & pudori contrarium designatur. Turpitudinem matris tuæ non discooperies, ait Moyse Levit. 18. 6. &c. Prohibe pedem tuum à nuditate, ait Jeremias (i); & alius Propheta (k): *Ostendam Gentibus nuditatem tuam.* Septuaginta dictum exponunt de turpi aliquo actu. Tertullianus legit (\*): *Impudicum negocium;* in quem etiam sensum inclinantes optimi quique Commentatores, eâ tantum ratione divortia permitti Judæis autumant, si adulterium, vel aliquid impudicum commissum fuisse, non levi quodam rumore & conjecturâ tantum aliquâ, sed certis argumentis constaret; pro sola enim suspitione fidei in conjugio violatæ, aquas Zelyptie destinatas legimus.

Veterum Israelitarum mores huic in-

c Vide Num. 12. 1.

d Antiq. l. 2. c. 5.

e Exod. 4. 26.

f Exod. 18. 6.

g Matth. 19. 8.

h Deut. 24. 1. 4.

i Jerem. 2. 25.  
k Nahum 3. 5.

\* Cont. Marc. 1. 4.

b Gen. 21. 14.

Dissert. Calmet. Tom. I.

1 Rab. Schama-  
mau. Ben-Ab-  
ba in Gemar.  
Babyl. ad tit.  
Sanhed. c. 2.

m 2. Reg. 20.  
3.

n Prov. 5. 18.  
19. 25.

o Malach. 2.  
15.

p Mich. 2. 9.

q Levit. 21. 7.  
14. Ezech. 44.  
22.

r Vide Isai 50.  
1. & 54. 4. &  
Jerem. 3. 8.

s Prov. 2. 17.  
18.

terpretationi plane congruunt; nulla enim aperta & explorata divortii exempla sub lege suppetunt. Docent insuper Judaei, Davidem ipsum, cum permillum decem & octo uxorum numerum impleisset, ac vellet Abisag decimanonam ducere (1) ut id praestare, siue saltem unam ex prioribus uxoribus repudiata, puellam ejus loco substituere permitteretur, nunquam impetrare potuisse; quare inter concubinas vel uxores inferioris ordinis illam recipere coactus est. Sed ne Rabbinicis commentis immoremur, illud constat, Davidem, violatas publico incestu ab Absalone uxores suas ne abiecit quidem, intra aulam perpetuo clausas eas detinere contentum [m]. Ut uxorem, cui olim ab ineunte adolescentia fidem addimus, perpetuam thori sociam habeamus, Salomon etiam atque etiam hortatur (n); sed adulterio ream uxorem penes se detinuisse solidi esse atque impii viri crimen proficitur; quo scilicet dicto hanc unam causam dimittendi uxorem designare videtur. Malachias eo nomine Abrahamum laudat, quod uxorem suam Saram, quamvis sterilem, sustinuerit; Judaeos vero in divortia prorsus ita verbis castigat (o): Non respiciam ultra ad sacrificium... & dixisti: Quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te, & uxorem pubertatis tuae, quam tu desponsisti; & hac particeps tua, & uxor faveris tui. Et Michas (p): Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, a parvulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Tandem Moyses mentem hac in re suam satis prodit, cum uxorem antea dimissam, & alteri deinde viro nuptam, ad priorem restitui thorum post obitum secundi illius conjugis vetat, eod quod, ait, polluta est, & abominabilis facta coram Domino; eademque repudiatas feminas eodem cum prostitutis & vitiatas censu haberi jubet a Sacerdotibus, injungens ut ab iis simul omnibus abstineant (q). Quid etiam frequentius Prophetis, quam sub idea divortii, veras ejus causas nempe perfidiam, idololatricam, & crimina Israelitarum prosequantur (r)? Tetricum hoc foeminae a maritali thoro avulsa spectrum ita sub oculis Salomon exhibit (s): Ut eruaris a muliere aliena & ab extraneis, qua molit sermones suos, & relinquit duces pubertatis suae, & pacti Dei sui oblita est; inclinata est enim ad mortem domus ejus, & ad inferos (seu ad sepulchrum) semita ipsius, omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur.

Rabini in divortium aliqui indulgentissimi, id tamen apud sapientissimos & religiosissimos gentis suae viros nunquam usu receptum fuisse, omni Legis privilegio renunciantes, ultrò fatentur; si quando autem, addunt, a quodam ex illis factum constat, id non nisi summo consilio & cautione admissum est; maxime si de uxore primam omnium in thorum admisa, in Scriptura Uxore pubertatis, dimittenda ageretur. Quicumque priorem uxorem dimittit, ille ex ipso Altari lacrymas crimine suo exprimit ait Rabbi Eliezer. Laudatur

etiam in eam rem vetus parænia Rabbi Ben Sira: Abrode os quod tibi profectum est; nempe tene uxorem quae tibi primo contigit. Varro de hoc argumento: Uxor vitium, ait, tollat opus est, aut ferat. Qui tollit vitium, uxorem commodius calam sibi praestat; qui fert, se meliorem facit.

Quod tandem apertissime demonstrat ratio riora fuisse apud veteres Hebraeos divortia, illud est, nimirum Leges apud Moysen dari nonnullas, quibus diversa prosus consuetudo inculcatur. Ita lege injunctum est, ut si quis vir in uxorem suam sitistri aliquid intentans virginem ad nuptias non venisse accusaverit, foeminae illius necessarii ejus causam in judicio defendat; quibus agentibus si forte mulier absolva- tur, vir ejus antea cæsus, injuste accusatio- nis insuper poenam luat 100. scelis ejusdem foeminae patri solvendis (t); tum & omni- impofterum facultate uxorem illam repu- diandi privetur. Porro si divortium ad manus fuisset, cur invisam foeminam vir continuo non dimitteret? Paria de iis con- jicio, quibus fides uxoris suae non leviter suspecta est; hanc enim amaricantium aquarum exprimento probare tantum in Lege (u) datum est, ex quo illud mihi deducendum esse videtur, nullam fuisse viris dimittendi uxores suspectas potestatem. Jubet tandem Legislator, virum qui ex binis simul ductis uxoribus prae alteram alteram diligat, jure tamen hereditatis minus dilectae uxoris filium non fraudare, ut alterum ex dilectâ genitum, sed natu minorem, praeponat (x); cur invisam il- lam foeminam, cum natis vir non dimisset, si divortium pronum erat? Jus etiam di- vortii perpetuo negatum ei, qui violatam a se foeminam ducere Judicis sententiâ damnatus fuerat (y); quasi scilicet post inultam eam foeminae notam, quod illam dimittere permitteretur nihil esset.

Ferunt, labentibus jam Reipublicae Hebraeae annis, paulò felicetante Christi adven- tum (z), in immensum jam audis crimini- bus, atque divortii malo per universam latè Judaeam prorogato, acrem inter Hebraeos Doctores agitatam fuisse controversiam de sensu verborum Moysis, quibus divortii causa assignantur: propter aliquam sedita- tem. Quia in re Scholâ Hillel, & Sammaia (Doctores erant celebratissimi paulò ante Jesu Christi aetatem, scriptis Josephi (a), & S. Hieronymi (b) noti) partes inter se contrarias tuebantur. Sammaias enim in magno Sanhedrio secundus à Principe, in ea erat sententia, ut divortio inducendo obsecrum aliquid & impudicum, cuius pars repudiata culparetur, intercessisse debe- ret.

Verùm Hillel insignis alter Rabbinus, qui Sammaiam habuerat discipulum, Scho- lā florentissimam moderator, quaecumque praetenderetur, causam ad divortium satis haberi contendebat; e. g. si carnes plus ni- mio uxor decoxisset, si altera muliere plus delectaretur vir, poterat prioribus relic- tis ad optatas nuptias transire. In quam sententiam ita distrahebat textum Legis, qua-

t Deut. 22. 13. &c.

u Num. 5. 14.

c Matih. 19. 3.

d De Special. legib. ad prac. 6. 7.  
e Antiq. 1. 4. c. 8.

f Riti Ebrai- si p. 4. c. 6.

a Antiq. l. 14. c. 17. & l. 15. c. 1. & 15.  
b In Isai. cap. 8. Sammaï & Hillel non multo prius quam Domi- nus nasceretur, orti sunt in Judaea.

z Selden. U- xor. Hebr. l. 3. c. 18. & 20.

x Deut. 21. 15. 16. 17.

y Deut. 22. 29.

Quasi particula aliqua disjunctiva interce- deret, ut esset sensus; propter aliquid, seu propter seditatem. Ejus Doctoris sententia, male licet Textui coherens, ut vis lite- rae illata ultrò appareat, suos tamen pa- tronos nec raros naeta est. Akiba, cu- jus sententia in Misna refertur, suo illam suffragio non fulsit tantum, sed mirè pro- vehens sufficere ad divortium autumavit, si viro uxor non usquequaque placeret; huic Doctori ita legitur Textus: Si acce- perit homo uxorem, & non invenerit [uxor] gratiam coram oculis ejus, seu invenerit (vir) in ea aliquam seditatem &c. Duabus igitur de causis divortium permittebatur; si uxor marito minus placeret, & si turpe aliquid admisisset.

Tantum Doctorum nomine & autho- ritate invalescens opinio, cui etiam illud commodi accedebat, ut concupiscentiae fre- na laxaret, brevi super aliam obtinuit, ut mores Judaeorum olim, & nostra etiam aetate vulgaris Rabbinorum sententia ad eam conformarentur.

Quancumque Salvatoris aetate res pende- re adhuc in lance, Sammaia opinione non- dum penitus abjectâ, videtur. Pharisei enim ad Christum venientes interroga- runt: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa (c)? Sed non diu post, nempe Josephi & Philonis aetate, res adeo ad licentiam inclinavit, ut divor- tium quacumque demum ex causa induci posse ne ambigerent quidem. In hunc sensum Legis verba Philo interpretatus (d), ait: Si mulier quacumque ex causa repudiata. Et Josephus (e) paria sentiens: Qui a conjugis, ait, quacumque de causa, ut sapè hominibus usu venit, disjungi possu- lat, scripto ei securitatem faciat; nec aliam se habuisse causam uxorem suam repudian- di, quam quod genio suo minus congrue- ret, in Vita sua proficitur.

Judaeis nostra aetatis idem probatur. Foeminam, morigeram licet & modestam, repudiare, ait Leo Modena [ff], viris in- regrum est, si forte tadio aliquo illius teneantur. Sed jus illud tot clausulis & conditionibus obvolverunt Rabini, ut divortii causa in longum protracta, parti- bus interim inter se compositis, vix ab- solvatur unquam.

Traditione receptum tenent Judaei, mi- lites omnes in bellum profecturos repu- dii libellum uxoris suis misisse, datâ illis facultate, ut elapso triennio, si for- tē in hostium potestatem captivi venissent, alias sibi nuptias procurarent. In hunc sensum interpretantur Rabini illud 1. Reg. 17. 18. Fratres tuos vifitabis, & cum quibus ordinati sunt discēs, Hebr. & pi- gnus eorum tolles; id est, ut ipsi quidem exponunt, libellos divortii. Eas pariter literas datas comminiscuntur uxori ab Uria, quibus, si forte in hostium potestatem ipse venisset, eidem foeminae alias sibi nuptias conciliare jus esset. Veteris hujus moris, dubii planè, & nequid gravius dicam, incerti meminit Author Traditt. Hebraic. in libros Regg. & Paralipp.

Facile, quantum arbitrator, ex ipso Le- Difert. Calmet. Tom. I.

gis textu, a nobis descripto, intellexisse Lectores poterunt, divortii privilegium ad viros tantum spectasse, non ad femi- nas. Cum sanè apud Orientales foemina- rum minus ratio habeatur, ac solum ve- luti necessarium vitae commodum, virilif- que domini portio respiciantur, in socie- tatis jura nunquam venire illas contingit, Legesque mulieribus faventes nullae ferme sanciantur. Longè alius apud Græcos & Romanos mos erat, penes quos par foemi- nis, & viris jus in divortia; quare earum exemplo, Judaeorum foeminae sese effe- rentes, eod licentia devenerunt, ut viros suos a thoro abicere auderent. Lex planè nihil foeminis ea in re permittit, sed ni- hil vicissim prohibet; consuetudo qui- dem pro illis nulla erat, sed illustris alicujus foeminae exemplo facile potuit induci.

Succurrebant rara quaedam exempla foeminarum, quae viros suos dimiserant; sed hæc divortii potius speciem, quam rem exhibere videbantur. Samsonis uxor contra fidem priorum sponfalium, ne ex- pefacto quidem libello repudii, ad alias nuptias transferat (g); sed Philistæ mu- lieris exempla nihil Judaeis conferunt. Ultio quin etiam à Samfone, sicut & à Philistæis ipsis ea de re exacta, satis demon- strat, contra patrias saltem leges visam fuisse eam mulierem commisisse, ut al- teri nuberet. Levitæ uxor, cujus occa- sione acre illud bellum in Tribum Ben- jamin exarsit (h), dimisso viro ad pa- trem suum remeasse legitur; eamque re- pudium dixisse viro suo Sanctus Ambrosius autumasse videtur: Remisit claves (i). Recepta tamen & probata sententia tenet, foeminam illam ob privatam fortè dome- sticamque querelam secessionem a viro ad tempus tantummodo fecisse; cujus rei exem- pla frequentissima inter conjuges suppetunt. A novis etiam nuptiis abstinuisse illam ex eo colligimus, quod regredienti viro focer uxorem promptè restituit, atque in reducem idem, quod prius, jus conjux retinuit. Michol Davidis uxor al- teri viro, nempe Phaltiel, superflite adhuc Davide, in conjugem data legitur 1. Reg. 25. 44. Divortii id genus fuit; neque enim Saul aliam sibi auctoritatem abstra- hendi filiam: a viri thoro usurpare pote- rat, quam quæ lege divortii concessa est. Davidem ille perinde ac extorrem, per- duellem & impium habebat, eamque re- pudii causam praetendit. Sed praestitit hac Michol? Silet ea de re Scriptura. Praestitit David? Minime ille quidem; fato enim Rege sublato, uxorem suam jure postlimi- nii repetiit. Hoc igitur divortii a viro inducti exemplum difficultate non caret; totius enim rei in causa fuisse creditur Regis auctoritas, invitam mulierem ad secundas nuptias cogens.

Salome igitur Herodis magni soror, omnium prima praescriptas mulieribus metas transgressa, liberam sibi repudiandi viri facultatem vindicavit. Namque à tho- ri societate Costobarum Idumae & Gazæ Praefectum divortio excludens, exemplum P 2 inau-

g Judic. 14. 20.

h Judic. 14. 3.

i Epist. 6. in Nov. Edit.